S I G I S M V N D V S

Tertius Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæq; Necnon Regni Sueciæ proximus hæres et futurus Rex. Significamus
præsentibus lrīs nostris quorum interest uniuersis et singulis. Oblatas et productas nobis esse lrās Plebisciti infrascripti nomine Famatorum Proconsulis, Consulum, Aduocati, Sca:
binorum, totiusq; communitatis ciuitatis nrǣ Velunen̄, sigillo ciuitatis eiusdem munitas, integras, non uiciatas, omniq; suspitione carentes, quas ut authoritate nrā Regia approbare,
et confirmare dignaremur fuit nobis supplicatum. Earum uerò tenor de uerbo ad uerbum est iste: Actum in prætorio Velunen̄ feria sexta ante Dominicam Inuocauit. Anno Domi:
ni: Millesimo. Quingentesimo Nonagesimo. N O S Gabriel Mikoss Proconsul, Paulus kargolski, Ludouicus Apotecarius, Christopherus Laber, Paulus Maldrzyk Consules, cum
Aduocato, Scabinis, totaq; communitate ciuitatis Velunen̄. Significamus tenore præsentium quibus expedit. Quod cùm Ciuitas Velunen̄ Sacræ Regiæ Mtis Dn̄i nr̄i clementissimi, in fini:
bus Silesiæ posita, ab exercitu Illrm̄i Archiducis Austriæ Maximiliani admodum ad inopiam sit redacta, portæ, propugnacula, ac mœnia à tormentis destructa extent, et præ ino:
pia Ciuitatis reparari, et refici à nobis non possunt, plebiscitum inter nos eiusmodi fecimus; ut quilibet mercator incola Velunen̄, singulis annis pro quolibet Sancti Martini Episcopi
12 gr et Confessoris festo, in ærarium ciuile Duodecem grossos inferre teneatur: Mercatores uerò extranei, et uectores a suis mercibus per tempus Nundinarum unum grossum, ratione 1 gr
stratæ uiæ publicæ ā̄ts Brukowego soluere teneantur. Similiter mercatores frumēta, linum, lanam, cutes, et id genus alia in Ciuitate Velunen̄ coementes, quæ per fines in Silesiam
deferrent, ut in ærarium prædictum ciuile à quolibet curru per grossos quatuor soluere teneantur, cùm etiam mercatores ex Polonia à mercibus suis omnibus in Silesia ciuiles contri:
butiones soluere sint soluti. Et id omne ex ærario ciuitatis in reparationem mœniorum, portarum, turrium Ciuitatis cedere debet. Quod nos perpetuo obseruandum hoc plebi:
scito nostro cauemus. Nec dubitamus quin Sacra Regia Mtas Dn̄us nr̄ clementissimus habita rōne afflictæ et ad inopiam redactæ Ciuitatis quò melius rationibus eiusdem
prospectum esset, id ratum habere, et lrīs suis, et priuilegio speciali approbare, et confirmare dignabitur. Nr̄o sub sigillo Ciuitatis Velunen̄. Nos itaq; Sigismundus Rex prænomi:
natus supplicationi eiusmodi nobis factæ benignè annuen̄, et afflictæ ciuitati prospicere cupien̄, præinsertas lrās plebisciti in omnibus earum punctis, clausulis, condiōnibus, et articu:
lis authoritate nrā Regia approbandas, confirmand̄, et ratificand̄ esse duximus, quemadmodum præsen̄ lrīs in quantum iuris publici rationes permittunt, approbamus, confirmamus,
et ratificamus, easq; uim et robur debitæ firmitatis semper obtinere debere uolumus. In cuius rei fidem præsentes manu nrā subscriptas, sigillo Regni nostri consignari manda:
uimus. Datum Warsauiæ die Decima octaua mensis Septembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Regni nr̄i anno tertio.

Confirmō Plebisciti Ciuitat Velunen̄

18. IX. 1590

18. IX 1590



S I G I S M V N D V S.

Tertius Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masouiae Samogitiae Liuoniaeq; Necnon Regni Sueciae proximus haeres et futurus Rex. Significamus
praesentibus lris nostris quorum interest uniuersis et singulis. Oblatas et productas nobis esse lras Plebisciti infrascripti nomine Tamatorum Proconsulis, Consulum, Aduocati, Sca:
binorum, totiusq; communitatis ciuitatis nrae Velunen. sigillo ciuitatis eiusdem munitas, integras, non uiciatas, omniq; suspitione carentes, quas ut authoritate nra Regia approbare,
et confirmare dignaremur fuit nobis supplicatum. Earum uerò tenor de uerbo ad uerbum est iste: Actum in praetorio Velunen. feria sexta ante Dominicam Inuocauit. Anno Domi:
ni: Millesimo. Quingentesimo Nonagesimo. NOS Gabriel Mikoss Proconsul, Paulus kargolski, Ludouicus Apotecarius, Christopherus Laber, Paulus Maldrzyk Consules, cum
Aduocato, Scabinis, totaq; communitate ciuitatis Velunen. Significamus tenore praesentium quibus expedit. Quod cùm Ciuitas Velunen. Sacrae Regiae Mttis Dni nri clementissimi, in fini:
bus Silesiae posita, ab exercitu Illrmi Archiducis Austriae Maximiliani admodum ad inopiam sit redacta, portae, propugnacula, ac maenia à tormentis destructa extent, et pro ino:
pia Ciuitatis reparari, et refici à nobis non possunt, plebiscitum inter nos eiusmodi fecimus; ut quilibet mercator incola Velunen. singulis annis pro quolibet Sancti Martini Episcopi
12 gr et Confessoris festo, in aerarium ciuile Duodecim grossos inferre teneatur: Mercatores uerò extranei, et uectores a suis mercibus per tempus Nundinarum unum grossum, ratione 1 gr
stratae uiae publicae ats Brukowego soluere teneantur. Similiter mercatores frumenta, linum, lanam, cutes, et id genus alia in Ciuitate Velunen. coementes, quae per fines in Silesiam
deferrent, ut in aerarium praedictum ciuile à quolibet curru per grossos quatuor soluere teneantur, cùm etiam mercatoris ex Polonia à mercibus suis omnibus in Silesia ciuiles contri:
butiones soluere sint soliti. Et id omne ex aerario ciuitatis in reparationem maenorum, portarum, turrium Ciuitatis cedere debet. Quod nos perpetuo obseruandum hoc plebi:
scito nostro cauemus. Nec dubitamus quin Sacra Regia Mttas Dnus nr clementissimus habita rone afflictae et ad inopiam redactae Ciuitatis quo melius rationibus eiusdem
prospectum esset, id ratum habere, et lris suis, et priuilegio speciali approbare, et confirmare dignabitur. Nro sub sigillo Ciuitatis Velunen. Nos itaq; Sigismundus Rex praenomi:
natus supplicationi eiusmodi nobis factae benignè annuen. et afflictae ciuitati prospicere cupien. praeinsertas lras plebisciti in omnibus earum punctis, clausulis, conditionibus, et articu:
lis authoritate nra Regia approbandas, confirmand. et ratificand. esse duximus, quemadmodum praesen. lris in quantum iuris publici rationes permittunt, approbamus, confirmamus,
et ratificamus, easq; uim et robur debitae firmitatis semper obtinere debere uolumus. In cuius rei fidem praesentes manu nra subscriptas, sigillo Regni nostri consignari manda:
uimus. Datum Varssouiae, die Decima octaua mensis Septembris. Anno Domini. Millesimo. Quingentesimo. Nonagesimo. Regni nri anno tertio.

Sigismundus Rex

18. IX. 1590

Seb. Mladzieiowsky



Stanislaus Zalewsky

25

Confirmatio [illegible] sup. [illegible]stitans
[illegible]lumin, et mercatoris Sylkeborg, Vic
[illegible] v [illegible] [illegible] 1590

1590.

7

34

1902. A. 265.